UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Nicephorus M. S. Apollonia V. & S. Ansbertus Epis. 9. Feb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

S.Nicephorus M.S.Apollonia V.&M.
S.Ansbertus Epiſ.9,Feb.

Humilitas.

Humilitas claritatis eſt meritum, claritas humilitatis eſt præmium. Auguſtinus.

Exaudi nos Deus ſalutaris noſter, ut ſicut de B.Nicephori M.tui B Apolloniæ, V.& M.B.Ansberti Epiſ feſtiuitate gaudemus; ita piæ deuotionis erudiamur affectu Per D. N. Ieſum Chr.&c.

Ora pro augmento humilitatis, &

1. B. Nicephorus M. Antiochiæ ſub Valeriano Martyrij palmam capite plexus accepit.

2. Apollonia V. nobilis Martyr Chriſti, in Alexandrina ciuitate Nobiliſſimæ caſtitatis ferace, à Gentilibus capta, vrgebatur, ut Chriſto Dno malediceret. At illa zelo Dei accenſa, et teſtaretur, ſe plus blaſphemiæ formulis affligi, quam ſiluarum flammis, è manibus eorum elapſa focum in luculentum deſilijt. Et quia ipſa conuulſionem maxillarum & dentium paſſa eſt pro Chriſto, Sponſus idem ei præter dotem hoc cimelion dedit, ut multos dentium dabore ægreſcentes inuocata leuaret.

3 S. Ansbertus Rothomagi Epiſcopus, poſt nuptias ſæculo relicto Eccleſiæ deſponſatus fidelisſime eam ad mortis vſque A. 695. dilexit.